



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Neopatreensi Archiepiscopo, & Episcopo Cithoniensi, & Avelensi electo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

temerario contraire. Si quis autem hoc &c. usque incursum. Datum Laterani VIII. Idus Aprilis, anno tertio decimo.

CAPITVLO TULLENS.

<sup>Epi. 46.
Super codem</sup> **O** Lim dilectus filius Morellus Clericus de præbenda Tullensi canonice investitus &c. ut in alia usque coram quibus vos citati per quendam Clericum ad nostram fecistis audientiam appellari, cuius appellationem &c. usque ipsius præbendæ dictum M. Clericum induxerunt, contradictores &c. usque Post hanc autem eisdem Clerico, & F. Archidiacono Ecclesiæ vestrae procuratori vestro &c. in eundem servit modum ut in alia usque frivola reputantes, sententiam ejusdem Subdiaconi auctoritate apostolica duximus approbadam. Vnde dilectis filiis Christianitatis & Capellæ Ducis Decanis & Magistro G. Canonico Divionensi nostris dedimus litteris in mandatis quatinus dictum F. ad solutionem pecuniae prætaxatae per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant, & sepedictum Morellum inducant in corporalem possessionem præfatae præbendæ, ac tueri procurent inducendum, stallum in Choro & locum in Capitulo assignantes eidem; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per eandem censuram sublatio cuiuslibet contradictionis & appellationis obstatculo compescendo. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus dictis executoribus super hoc vos nullatenus opponatis, sed mandatum eorum recipiat humiliter & servetis, permitentes eundem Morellum pacifica ipsius præbendæ possessione gaudere. Datum Laterani &c. ut in alia per totam.

Scriptum est ipsis executoribus super hoc ferè in eundem modum ut in alia usque compescendo. Quod si non omnes &c. duo vestrum ea &c. Datum Laterani &c. ut in alia per totam.

NEOPATRÆNSI ARCHIEPISCOPO,
& Episcopo Cithoniensi, & Avelensi
electo.

<sup>Epi. 47.
Confirmatur
firmiter que-
dantur.
Thermopyl.</sup> **V**enerabilis frater noster Cermopilensis Episcopus nobis humiliter supplicavit ut diffinitivam sententiam quam pro ipso judices delegati à nobis adversus Abbatem & monachos monasterij de Chamenu super fundo ejusdem monasterij quem idem Episcopus ad suam proponebat Ecclesiam pertinere rationabiliter protulerunt, apostolico dignaremur munimine

Tom. II.

roborare. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus sententiam ipsam, sicut est justa, faciat per censuram ecclesiasticam appellatione remota firmiter observari. Quod si non omnes &c. duo vestrum ea &c. Datum Laterani v. Idus Aprilis, anno tertio decimo.

DONATO CASSELLENSI
Archiepiscopo, ejusque successoribus Canonicè substituendis in perpetuum.

<sup>Epi. 48.
Recipiuntur
sub protec-
tione fedis aposto-
litæ.</sup> **E**x commisso nobis à Deo apostolatus officio fratribus nostris Episcopis tam vicinis quam longè positis paterna nos convenit provisione consulere, & Ecclesiæ in quibus Domino militare noscuntur suam iustitiam conservare, ut quemadmodum disponente Domino patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Hujus rei gratia, venerabilis in Christo frater Donat Cassellenis Archiepiscope, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam Cassellensem tibi commissam sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti privilegio communimus, staruentes ut quacunque possessiones, quæcumque bona Ecclesia eadem in præsentiarum iustæ & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblazione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Cassellum cum omni jure, terris, possessionibus, & aliis pertinentiis suis, Ceallmumnoch cum omnibus pertinentiis suis, Ceallmuthini cum omnibus pertinentiis suis, Gleannean cum omnibus pertinentiis suis, Geallbecam cum pertinentiis suis, Cealloscathan cum omnibus pertinentiis suis, Cluan Argtum cum pertinentiis suis, Caaltulach cum omnibus pertinentiis suis, Ceallehurri superior cum omnibus pertinentiis suis, Ceallehurri cum pertinentiis suis, & omnes alias possessiones cum pertinentiis suis usque. Cathedrales vero Ecclesias quæ metropolitico sunt tibi jure subiectæ, sicut haecne fuisse noscuntur, tibi tuisque successoribus auctoritate apostolica nihilominus confirmamus & præsentis scripti privilegio communimus, videlicet Ecclesiam Lumnicensem, Laoniensem, Finnabarensem, Waterfordensem, Ardmorensem, Leforensem, Cluanensem, Corcaiensem, Rossensem, Ardsfercensem, & Imblisensem. Palleum etiam, plenitu-

H h h ij